Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

fideliū plebes. iudaicā scilicet et gentile designant. quę
uno atq; indissimili studio passionē resurrectionē q; sui
redemptoris. quacumq; eius eccla p orbē diffusa est cę
lebrare desiderant. Quod autē terrę motus resurgen
te dno de sepulchro. sicut etiā morente incruce fac
tus ē magnus significat terrena prius corda et cęlesti
spe derecta. p fidē passionis ac resurrectionis eius con
cutienda adpęnitentiā. ac saluberrimo pauore pmota.
ad uitā sublimanda perpetuā. Quod angelus aduenit.
obsequiū suę seruitutis qd dno debuit exsoluit. qa
enī xpc deus et homo est. inter acta humanitatis ei.
semp angelorū ministeria deo debita non desunt.
sicut inquisita sci euangelii copiosissime pbat histo
ria. Reuolutū autē lapidē. non ut egressuro dno ianiā
pandat. sed ut egressus eius iam facti hominibus pster
inditiū. Qui enī mortalis adhuc clauso uirginis utero
potuit nascendo mundū ingredi. ipse absq; ulla du
bietate iam factus inmortalis. clauso licet desepulchro.
potuit resurgendo exire de mundo. Hec pretereundū
quare testis domnicę resurrectionis angelus sedens ap
paruerit. cū is qui natiuitatis eius mundo gaudium
euangeli habat iuxta pastores stetisse legatur. Stare
quippe pugnantis est. sedere regnantis. Et recte stans
apparuit angelus. qui aduentū dni in mundo pdicabat.
ut etiā stando signaret. quia is quē predicabat adde
bellandū mundi principē uenire. Recte pco resur
rectionis eius sedisse memoratur. ut etiam sedendo